

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitruvii ... De architectura libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. III

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)


tangunt summam planitiem liquoris, apparent (uti sunt) directi. Cum uero sub aqua sunt demissi, per naturæ perlucidæ raritatem, remittunt enatantes ab suis corporibus fluentes imagines ad summam aquæ planitiem, atq; ibi commotæ efficere uidentur infractum remorum oculis aspectum. Hoc autem, siue simulacrorum impulsu, seu radiorum ex oculis effusionibus (uti Physicis placet) uideamus, utraq; ratione uidetur ita esse, uti falsa iudicia oculorum habeat aspectus. Cum ergo quæ sunt uera falsa uideantur, et nonnulla aliter quàm sunt oculis probentur, non puto oportere esse dubium, quin ad locorum naturas aut necessitates, detractiones, aut adiectiones fieri debeant: sed ita ut nihil in his operibus desideretur. Hæc autem etiam ingeniorum acuminibus, non solum doctrinis efficiuntur. Igitur statuenda est primum ratio symmetriarum, à qua simatur sine dubitatione commutatio. Deinde explicetur operis futuri & locorum inum spatium, longitudinis & latitudinis, cuius cum semel fuerit constituta magnitudo, sequatur eam proportionis ad decorem apparatus, uti non sit considerantibus aspectus eurythmiæ dubius, de qua quibus rationibus efficiatur, est mihi pronuntiandum. Primumq; de cavis aedium uti fieri debeant, dicam.

DE CAVIS AEDIVM. CAP. III.


CAUA aedium quinque generibus sunt distincta, quorum ita figurae nominantur. Tuscanicum, Corinthium, Tetrastrylon, Displuuiatum, Testudinatum. Tuscanica sunt, in quibus trabes in atrij latitudine traiectæ habeant interpenetra & colliquias, ab angulis parietum ad angulos tignorum intercurrentes: item asscribis stillicidiorum in medium compluuium deiectus.

CAVAEDII TVSCANICI FIGVRA.

T In Corin



In Corinthijs iisdem rationibus trabes & compluvia collocantur,
sed à parietibus trabes recedentes in circuitione circa columnas componuntur.




Tetrastyla sunt, quæ subiectis sub trabibus angularibus columnis, & utilitatem trabibus et firmitatem præstât, quòd neq; ipse magnâ impetum coguntur habere, neq; ab interpèsi uis onerantur.

Displuuiata autem sũt, in quibus deliquie arcam sustinentes stillicidia reijciunt. Hæc hybernaculis maximas præstât utilitates, quòd cõpluuiæ corũ erecta, non obstant luminibus tricliniorũ. Sed ea habent in refectionibus molestiã magnã, quòd circa parietes stillicidia defluentia cõtinent fistula, quæ non celeriter recipiunt ex canali bus aquã defluentem. Itaq; redundantes restagnant, et intestinum opus, et parietes in eis generibus ædificiorum corrumpunt.

Testu=

T 2



no

A
qu
tr
tu
ni
lo

Testudinata uero ibi fiunt, ubi non sunt impetus magni, & in contignationibus supra spatiosa redduntur habitationibus.

DE ATRIIS ET ALIS ET TABLINIS,

cum dimensionibus & symmetrijs eorum.

CAPVT IIII.

ATRIORVM uero longitudines & latitudines tribus generibus firmantur: & primum genus distribuitur, uti longitudo cum in quinque partes diuisa fuerit, tres partes latitudini denitur. Alterum cum in tres partes diuidatur, duae partes latitudini tribuantur. Tertium uti latitudo in quadrato paribus lateribus describatur, in quo quadrato diagonij linea ducatur, & quantum spatium habuerit ea linea diagonij, tanta longitudo atrio detur.

